

AB

23110

oo gen

791

Co 9561

I

B
ft
m
fia

O

PRAEXIS
PIETATIS
SCHOLASTICÆ,

complectens

Elementa doctrinæ Chri-
stianæ quinquepartita, hy-
mnosq; cum scholasticos tum eccle-
siasticos latinos, quorum illa sub initium
lectionum recitantur, hi autem inter-
vallis horarum concinuntur,

In usum

Studiose juventutis,

Quæ in ludis literariis Brunsvicensi-
bus optimis artibus instituitur,

Post varias editiones,

jussu superiorum

nunc demum conjunctim edita.

Cum privilegio Duc. Brunsv. & Luneb.

BRUNSVIGÆ,

Typis & Impensis Viduæ & Heredum
Zilligeri, Anno 1697.

Liber Scholæ Wennigerod.

Psal. 147. v. 1.

הללויה כי טוב זמרה אלהינו מנעים
נאוה תהלה

Lobet den HERN / denn unsern Gott
loben / das ist ein köstlich Ding / solch
Lob ist lieblich und schön.





JUVENTUTI SCHO
LASTICÆ, DISCIPULIS
SUIS CHARISSIMIS.

S. P.



*E*ruditam pie-
tatem cum morum ci-
vilitate conjunctam la-
borum vestrorum sco-
pum esse, quo omnia bene viven-
di recteque faciendi consilia, dum
disciplinæ scholasticæ alumni estis,
referenda sint, nemo vestrum est,
optimi adolescentes, qui aut ignoret,
aut inficiari velit. Huc equidem
omnes nostri conatus unice colli-
neant, huc vota nostra quotidie

A 2

ten-

77
Stt
lch

tendunt. Quid enim in maiore ne-
gotio habeamus, quam, qua in re car-
do felicitatis vestræ vertitur, eam
adhibita, quantum fieri potest,
opera, maturè vobis comparare?
Utinam vobis ipsis ne desitis, nec
pietatis studium à bonarum litera-
rum cultu sejungendum arbitremi-
ni! Qua inductione animi cum ni-
hil difficilius curatu sit, fit inde,
ut hodie quoque $\chi\omicron\lambda\eta$ & $\chi\omicron\lambda\eta$ pro-
vincia, quam cepimus, plerumque
sit, pulcreque in hæc tempora con-
veniat scitum illud Frischlini, qui
cum præceptorem definire iussus es-
set, haut abs re respondit: esse
personam publicam, quæ cum
gemitu officium suum faciat.
Neque enim fieri potest, quin in
addiscendis bonis artibus operam
& sumtum perdatis, nisi DEUS
vobis

vobis conantibus suppetias ferat.
Qui proinde nullo non tempore
implorandus est, ut, quod apte Græ-
ci dicunt, τῶν πόνων ὑμῶν συλλαμψῆναι,
Atque istum in finem vulgantur
jam hymni scholastici, quibus ca-
nendis horarum intervalla usitato
ritu apud nos distinguntur. Quem-
admodum enim fieri videmus, in
fluvio qui natant, ut subinde ere-
cto capite aërem hauriant, perituri
alioqui, nisi recepto anhelitu refo-
cillentur: ita & vos æquum est,
inter meditandum scribendumque,
dum vestris singuli partibus exe-
quendis operam datis, auram
quasi cœlestem auxiliumque divi-
num attrahere, unde robur animis
accedat, ne in officio illi faciendo
deficiant, aut more imbecillitatis
humanæ segnescant paulatim, ac

collabantur. Habetis autem heic
cum ea carmina, quæ in usum pu-
bis Hildesiensis sub initium seculi
publicavit Henningus Dysius, Hil-
des., ad divum Pauli in patria ur-
be pastor, quorum alia à se dedit,
alia ex Prudentio, Buchananano, Fa-
bricii, Bergii, Stigelii aliorum-
que operibus excerpta exhibuit:
tum quæ subjungi iis ex re vestra
erat, maximam partem cantiones
ecclesiasticas, quarum usus jam pe-
ne intercidit, hoc autem tempore
revocari in utilitatem vestram &
poterat commode & debebat: au-
ream Prudentii odam de resurre-
ctione: Frencelii aliorumque can-
tilenas, quæ eo plus gratiæ habi-
turæ videbantur, quo vehementius
sensus nostri, quibus semel assue-
verunt canendi modis, afficiuntur.
Dede-

Dederunt enim illarum auctores
operam, ut iis numeris sententiæ o-
mnino consentirent, quibus germa-
nicæ cantilenæ expressæ illigatæque
habentur. Quod quamvis à vete-
rum poetarum consuetudine abhor-
reat, non est tamen, ut id studium
exile, indignumque poetarum in-
geniis existimemus, quorum prima
lex est non solum prodesse, sed
etiam delectare. Pulchre Cæsius:
Debet poeta coquus esse in car-
mine, & medicus in sententia.
Additæ sunt antiphoniæ, & cate-
chesis Lutheri integra, quibus cum
canendis tum recitandis labores
nostros quotidie auspicamur. No-
tulæ duntaxat musicæ libello de-
sunt, quod earum formarum copi-
am sibi esse typographus negabat.
Hanc itaque syllogem paucis num-

mis vilem, facite, o mei, ut quam-
primum vobis comparetis. Ne-
que enim eorum, qui in ista emen-
da evolvendaque partibus suis de-
fuerint, facere poterit quisquam,
quin inobedientiæ impietatisque
notam subeat, indignusque nobis,
quem in condiscipulatu ludi nostri
toleremus, in posterum videatur.
Valete. Dab. IV. Id. Nov. anni
1698.

Joh. Alb. Gebhardi,
Gymnas. Mart. R.

Pater



Pater noster, qui es in caelis:
Sanctificetur nomen tuum.
Adveniat regnum tuum.

Fiat voluntas tua, sicut in caelo,
ita & in terra.

Panem nostrum quotidianum da
nobis hodie.

Et remitte nobis debita nostra, sic-
ut & nos remittimus debitori-
bus nostris.

Et ne nos inducas in tentationem.
Sed libera nos a malo.

Quia tuum est regnum, & poten-
tia, & gloria in secula seculorum,
Amen.



Veni Sancte Spiritus, reple tuo-
rum corda fidelium, & tui amo-
ris in eis ignem accende, qui per
diversitatem linguarum cuncta-
rum, gentes in unitate fidei con-
gregasti, Halleluja, Halleluja.

A s

Disce-

Discipulus.

Vias tuas, Domine, demonstra
mihi.

Chorus.

Et semitas tuas doce me.

Discipulus.

DEus, qui corda fidelium Spiritus Sancti gratiâ docuisti, da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & ejus consolatione semper gaudere, per eum, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & seculum per ignem.

Chorus.

Amen.

Discipulus.

Spiritus Sancti gratia

Chorus.

Dignetur illuminare sensus & corda nostra.

Discipulus.

Divinum auxilium

Chorus.

Maneat semper nobiscum.

Decem



Decem Præcepta.

I.



Non habebis DEOS alienos coram me.

Quid hoc sibi vult?

Debemus Deum supra omnia timere, diligere, & illi confidere.

2.

Non assumes nomen Domini DEI tui in vanum.

Quid hoc sibi vult?

Debemus DEUM timere & diligere, ne per nomen ejus maledicamus, juremus, incantemus, mentiamur aut dolis fallamus, sed in omni necessitate illud invocemus, adoremus, & cum gratiarum actione laudemus.

3.

Memento ut diem Sabbathi sanctifices.

Quid hoc sibi vult?

Debemus DEUM timere & diligere, ne

tra

ri-

da

a-

n-

n-

r-

r-

r



divinos sermones, & ejus verbum con-
temnamus, sed ut sanctum reputemus,
libenter audiamus & discamus.

4.

Honora patrem tuum, & matrem
tuam, ut sis longævus super ter-
ram.

Quid hoc sibi vult?

Debemus DEUM timere & diligere, ne
parentes & dominos nostros contemna-
mus, neque ad iram commoveamus:
Sed honore afficiamus, morem geramus,
illis serviamus, amore eos prosequa-
mur, & magnificiamus.

5.

Non occides.

Quid hoc sibi vult?

Debemus DEUM timere & diligere, ne
vitæ proximi nostri incommodemus,
aut ægrè faciamus: Sed illum adjuve-
mus & promoveamus in omnibus vitæ
necessitatibus.

6.

Non mœchaberis.

Quid hoc sibi vult?

Debemus DEUM timere & diligere, ut
castè

castè & pudicè vivamus in verbis ac o-
peribus, & unusquisq; suam conjugem
amet & honoret.

7.

Non furtum facies.

Quid hoc sibi vult?

Debemus DEUM timere & diligere, ne
proximo suam pecuniam aut bona sua
auferamus, neque falsis mercibus aut
impostura ad nos pertrahamus; Sed de-
mus operam, ut illius opes conserven-
tur, & ejus conditio melior reddatur.

8.

Non loquêris contra proximum
tuum falsum testimonium.

Quid hoc sibi vult?

Debemus DEUM timere & diligere, ne
proximum falsis mendaciis involvamus,
prodamus, traducamus, aut infamia ali-
quâ afficiamus: Sed illum excusemus,
aliquid boni de eo loquamur, omnia in
meliorem partem interpretantes.

9.

Non concupisces domum pro-
ximi tui.

Quid hoc sibi vult?

Debemus DEUM timere & diligere, ne
hæredi-

hæreditatem vel domum proximi dolo malo captemus, & sub specie recti nostris facultatibus adjungamus: Sed detur opera sedulo, ut ista proximo diligenter custodiantur.

IO.

Non desiderabis uxorem ejus, non servum, non ancillam, non bovem, non Asinum, nec omnia quæ illius sunt.

Quid hoc sibi vult?

Debemus DEUM timere & diligere, ne à proximo uxorem, servos, ancillas, vel pecudes suas abalienemus, aut abstrahamus, sed illos adhortari oportet, ut maneant, & suum officium diligenter faciant.

Quid autem summam dicit Deus de his præceptis omnibus.

Sic dicit, Exod. 20.

Ego sum Dominus DEUS tuus fortis Zelotes, visitans iniquitatem Patrum, in filios, in tertiam & quartam generationem eorum, qui oderunt me, & faciens misericordiam
diam

diam in millia his, qui diligunt me,
& custodiunt præcepta mea.

Quid hoc sibi vult?

DEUS minatur poenam omnibus, qui ista præcepta transgrediuntur: Debemus itaque expavescere & timere iram DEI, & nihil contra hujusmodi præcepta facere. Rursus promittit etiam suam gratiam & omnia bona, omnibus, qui mandata ejus observant. Merito igitur debemus nos DEUM diligere, & illi confidere, & juxta mandata ejus omnem nostram vitam sedulò ac diligenter instituire.

II.

Symbolum Apostolicum.

Articulus I, de Creatione.

Credo in Deum Patrem omnipotentem creatorem cœli & terræ.

Quid hoc sibi vult?

Credo quod DEUS creavit me unâ cum omnibus creaturis: Quod corpus & animam,

mam, oculos, aures & omnia membra, rationem & omnes sensus mihi dedit, & adhuc sustentat: Ad hæc, quod vestes & calceos, cibum ac potum, domum, uxorem, liberos, agros, jumenta & omnia bona, cum omnibus vitæ necessariis, copiosè & quotidie largitur: Me contra omnia pericula protegit, & ab omnibus malis liberat & custodit: Et hæc omnia ex mera sua paterna & divina bonitate & misericordia, sine ullis meis meritis aut ulla dignitate: Pro quibus omnibus illi gratias agere, pleno ore laudem tribuere, inservire, obsequi meritò debeo, hoc certissimè verum est.

Articulus 2. de Redemptione.

ET in JESUM Christum Filium ejus unicum, Dominum nostrum, qui conceptus est, de Spiritu Sancto, natus est ex Maria virgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus mortuus & sepultus, descendit ad inferna, tertia die resurrexit á mortuis, ascendit ad cælos

los, iedet ad dexteram DEI Patris
omnipotentis, indè venturus est
judicare vivos & mortuos.

Quid hoc sibi vult?

Credo quod Jesus Christus verus DE-
us à Patre ante secula genitus, idemque
verus homo natus ex Maria virgine, sit
meus Dominus, qui me perditum & da-
mnatum hominem redemit, & ab o-
mnibus peccatis à morte, & potestate
Satanæ liberavit, non quidem auro &
argento, sed suo sancto ac pretioso san-
guine, suaq; immerita passione & morte:
Ut ego essem propriè suus, & in suo
regno sub ipso viverem ac liberaliter
servirem in perpetua Justitiâ & innocen-
tia perinde ac ipse à morte surrexit, vi-
vit & regnat in æternum, hoc certissi-
me verum est.

Articulus 3. de Sanctificatione.

Credo in Spiritum Sanctum,
sanctam Ecclesiam Catholi-
cam, Sanctorum communionem,
remissionem peccatorum, carnis
resurrectionem & vitam æternam.
Amen.

Quid

Quid hoc sibi vult?

Credo me propriis rationis meæ viribus Jesu Christo Domino meo fide-
re, aut ad eum accedere nullo modo
posse; Sed Spiritus sanctus per Evange-
lium me vocavit, suis donis illumina-
vit, recta fide sanctificavit & conserva-
vit; Quemadmodum solet totam Ec-
clesiam in terrâ vocare, congregare, il-
luminare, sanctificare, & in Jesu Chri-
sto per rectam unicam fidem conserva-
re: In qua Ecclesia mihi & omnibus
Christianis omnia peccata quotidie be-
nigne remittit, & nos omnes in extre-
mo die à morte resuscitabit, mihi & o-
mnibus in Christum credentibus, vitam
æternam daturus: Hoc certissime ve-
rum est.

Oratio Dominica.

Pater noster, qui es in cœlis.

Quid hoc sibi vult?

DEUS amanter nos hâc præfatiuncu-
la invitât ut verè credamus, eum no-
strum verum Patrem, nosque ejus ve-
ros

ros filios esse, ut eum confidentius plena fiducia oremus, quemadmodum videmus liberos certa fiducia aliquid à parentibus suis rogar.

Prima Petitio.

Sanctificetur nomen tuum.

Quod hoc sibi vult?

Nomen DEI per se quidem sanctum est: Verum nos oramus hac petitione, ut apud nos quoque sanctificetur.

Qua ratione fit istud?

Cum verbum DEI purè & sincerè docetur, & nos secundum illud, ut filios DEI decet, pie vivimus. In quo adjuva nos, mi Pater qui es in cœlis. Qui vero aliter docet vel vivit, quam verbum DEI docet, ille nomen DEI inter nos profanat. Ne autem hoc accidat, tu provide, mi Pater cœlestis.

2.

Adveniat regnum tuum.

Quid hoc sibi vult?

Regnum DEI venit etiam per se sine nostra oratione: Sed petimus hac precatione, ut ad nos quoque perveniat.

Quia

Qua ratione fit istud?

Cum pater cœlestis dat nobis suum sanctum Spiritum ut suo sancto verbo per suam gratiam credamus, ac piè hic temporalem, illic æternam vitam agamus.

3.

Fiat voluntas tua sicut in cœlo,
& in terra.

Quid hoc sibi vult?

Bona ac misericors DEI voluntas fit quoque sine nostra oratione: Sed rogamus hac petitione ut etiam fiat apud nos in cordibus nostris.

Qua ratione fit istud?

Cum DEUS frangit ac impedit omne malum consilium & voluntatem, quæ nos nomen DEI sanctificare, regnumq; ejus ad nos pervenire non sinat, ut est Diaboli, mundi & carnis nostræ voluntas: Deinde cum confortat & conservat nos firmiter in suo verbo & fide usque ad finem vitæ nostræ. Hæc est ejus misericors & bona voluntas.

4.

Panem nostrum quotidianum
da nobis hodie.

Quid

Quid hoc sibi vult ?

DEUS dat quidem omnibus panem quotidianum, quamvis non petamus, etiam malis hominibus: Sed nos precamur hac petitione, ut cognoscamus hoc, atq; ita panem nostrum quotidianum cum gratiarum actione accipiamus.

Quid autem significat panis quotidianus ?

Significat omne, quod ad vitæ nostræ necessitatem ac sustentationem pertinet, veluti cibum, potum, vestes, calceos, domum, aream, agros, pecudes, pecuniam, divitias, probam conjugem, probos liberos, probos servos, probum ac fidum Magistratum, bonum Reipublicæ statum, commodam aëris temperiem, pacem, sanitatem, modestiam, honorem, bonos amicos, fidos vicinos, & id genus alia.

5.

Et remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris.

Quid hoc sibi vult ?

Petimus hac prece, ne Pater cœlestis

Itis velit spectare peccata nostra, atque ita istorum remissionem nobis denegare; (quandoquidem nullis rebus, quas petimus, digni sumus) sed ut velit nobis sua gratia largiri omnia. Qua quotidie multifarie peccamus, & nihil nisi poenam meremur. Tunc nos quidem vicissim ex corde condonabimus iis, à quibus in nos peccatum est, illisque libenter bene faciemus.

6.

Et ne nos inducas intentationem.

Quid hoc sibi vult?

DEUS quidem neminem tentat: Sed tamen, petimus hac petitione, ut ipse nos custodiat & conservet, ne Satanas mundus & caro nostra nobis imponant, & nos à recta fide ad superstitionem, desperationem atque alia gravia scelera & flagitia seducant: Et ut maxime ejusmodi tentationibus sollicitemur, ne succumbamus, sed ut tandem vincamus ac triumphemus.

7.

Sed libera nos à malo.

Quid

Quid hoc sibi vult?

Oramus hac prece tanquam summam ut pater noster qui in cœlo est, liberet nos ab omnibus malis ac periculis corporis & animæ, bonorum & honorum, & ut tandem cum hora mortis venerit, felicem vitæ exitum largiatur, nosque pro sua gratuitâ bonitate ex hac miseriarum valle ad se in cœlum recipiat.

A M E N.

Quid hoc sibi vult?

Ut ego sim certus, ejusmodi petitiones à Patre nostro cœlesti esse acceptas atq; exauditas. Quia ipse nobis mandavit, ut ad istum modum oremus, promisitq; se nos exauditurum esse, Amen, Amen, id quod significat, certè, certè, hæc debent ita evenire.

Sacramentum Baptismi.

I.

Quid est Baptismus?

Baptismus non est simpliciter aqua, sed

sed quæ sit divino mandato inclusa, & verbo DEI comprehensa.

Quid igitur est tale verbum Dei?

Ubi Dominus noster Jesus Christus dicit Matthæi ultimo:

Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

2.

Quid præstat aut confert Baptismus?

Operatur condemnationem peccatorum, liberat à morte, & Diabolo, & donat æternam beatitudinem omnibus, qui credunt hoc quod verba & promissiones divinæ pollicentur.

Quæ sunt illa verba promissionis?

Ubi Dominus noster Jesus Christus dicit Marci ultimo:

Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit: Qui vero non crediderit, condemnabitur.

3.

Qui potest aqua tam magnas res efficere?

Aqua procul dubio non efficit: Sed verbum DEI juxta aquam, & unà cum aqua, & fides, quæ tali verbo DEI in aqua credit:

credit : Quia aqua sine verbo DEI est simpliciter aqua, & non Baptismus: Sed si verbum DEI adjicitur, est Baptismus, hoc est, salutaris aqua vitæ & lavacrum regenerationis in Spiritu Sancto: Sicut Paulus ait ad Titum tertio capite: Sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit, per lavacrum regenerationis ac renovationis Spiritus sancti, quem effudit in nos opulenter per Jesum Christum servatorem nostrum, ut justificati illius gratiâ hæredes efficeremur juxta spem vitæ æternæ. Indubitatus sermo.

4.

Quid significat autem ista in aquam immersio?

Significat, quod verus Adam debet subinde per mortificationem ac poenitentiam in nobis submergi & extinguï cum omnibus peccatis & malis concupiscentiis, atque rursus quotidie emergere ac resurgere novus homo, qui in sanctitate & justitia coram DEO vivat in æternum.

ubi hoc scriptum est?

Sanctus Paulus ad Romanos sexto dicit: Sepulti igitur sumus una cum

 Chri-

Christo per Baptismum in mortem, ut, quemadmodum excitatus est Christus per gloriam patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus.

Sacramentum Altaris.

Quid est Sacramentum Altaris?

Sacramentum Altaris est verum Corpus & verus sanguis Domini nostri Jesu Christi, sub pane & vino nobis Christianis ad manducandum ac bibendum ab ipso Christo institutum.

Ubi hoc scriptum est?

Sic scribunt sancti Evangelistæ, Matthæus, Marcus, Lucas, & S. Paulus.

Dominus noster Jesus Christus in ea nocte, quâ traditus est, accepit panem, & postquam gratias egisset, fregit & dedit discipulis suis, dicens: Accipite, comedite, hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: Hoc facite in mei commemorationem.

Similiter & postquam cœnavit, accepto calice, cum gratias egisset,

set, dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes: Hic calix novum Testamentum est in meo sanguine, qui pro vobis effunditur, in remissionem peccatorum: Hoc facite, quotiescunque biberitis, in mei commemorationem.

Quid verò prodest sic comedisse & bibisse?

Id indicant nobis hæc verba:

Pro vobis datur & effunditur in remissionem peccatorum.

Nempè quod nobis in Sacramento condonatio peccatorum, vita & justitia per hæc verba tribuuntur. Ubi enim remissio peccatorum est, ibi est & vita & justitia.

Qui potest corporalis manducatio tam magnum quid efficere?

Manducare ac bibere equidem non efficiunt, sed illa verba, quæ hic stant:

Pro vobis datur & effunditur in remissionem peccatorum.

Quæ verba sunt circa corporalem huius cibi & potus participationem, tanquam caput & summa in Sacramento.

Et qui fedit his verbis, ille habet quod dicunt ac sonant, Nempè: Remissionem peccatorum.

Quis autem utitur hoc Sacramento digne?

Jejunare & corpus suum præparare, est quidem bona & externa disciplina: At ille est verè dignus ac probe paratus, qui habet fidem in hæc verba:

Pro vobis datur & effunditur in remissionem peccatorum.

Qui verò his verbis non credit aut dubitat, ille est indignus ac imparatus. Quia hoc verbum **PRO VOBIS** requirit omnino corda credentia.



Canti-



Cantilenæ scholasticæ.

I.

Veni maxime Spiritus, tuorum
Reple corda fidelium, tuiq;
Accendas in eis amoris ignem,
Qui gentes fidei sub unitate
Per discrimina multa linguarum,
Solator Paraclete, congregasti.
Quem nunc mittere Spiritum per
orbem

Digneris, pater, omnia innovabis.
Tu, qui corda fidelium benigni
Flatus numine doctiora reddis,
Da nobis, age, Spiritu ex eodem
Et rectum sapere, & frequenter ejus
Consolamine vivere & valere.

II.

Vivendi bene constitutiones
Casto pectore pensitemus omnes,
Quas Mosis DEUS ipse publicandas
Celso tradidit in jugo Sinai.
Me (dicens) Pharii jugum Tyranni

B 3

Qui

Qui fregi, esse DEUM tuum memento.
 Me præter simulacra nulla habeto.
 Solum me colito, timeto solum.
 Nec nomen Domini tui verendum
 Ad perjuria dira nuncupato,
 Aut rebus leviter citato vanis,
 Pœnam, si facies secus, timeto.
 Sanctum sit tibi Sabbathum memento.
 Sex soles operi patent agundo.
 Sacram postulat hinc vacationem,
 Qui sese in requiem dedit Creator.
 Post me qui genuere te parentes,
 Horum quique vicem tenent, amato,
 Justis obsequiis, honore justo,
 Si seram petis & bonam senectam.
 Livorem fugito libidinemque.
 Non occidito, non adulterator.
 Furtum ne facito: Nec innocentem
 Lingua lædito proximum dolosa.
 Vicini cave tecta concupiscas,
 Confortemque tori jugalis, autquod
 Jure proximus occupavit æquo,
 Id quo nomine cunque nuncupetur.
 Hæ sunt, quas geminis DEUS tabellis
 Leges proposuit decem. Det idem
 Vires obsequio! patrata nostra
 Et per vulnera filii remittat.

III. Tem-

III.

T Emporis impatiens
Expersque tranſitorii
Est tua, ſumme pater,
Vivacitas & gloria.

Rebus at in reliquis
Quot puncta ſæculi fluunt,
Soliuſ arbitrio
Tuo reguntur omnia,

2.

Non ita fortuito
Stat ordo ſeptenarius,
Quo repetente dies,
Menſes & anni defluunt.
Autor eſ hebdomadæ,
Peculiaris conſcia
Quæque dies operis
Nos ad tuas laudes vocat.

3.

Adſit, & in labiis
Haſ ille noſtris dirigat,
Qui tibi quique tuæ
Æternitatis filio
Adfuit, auſpiciuſ
Cum cæpit orbis inclytum,

B 4

Expo.

m-

Expoliitque rudem
Mundum creator Spiritus.

versus ap. Iohannis IV. Iohannis Libani

A DEO scirem nisi me creatum, :/:
Lubricæ fortis raperer procellis,
Nec vagæ cymbæ requiem daturum
Littus haberem :/:

A DEO scirem nisi me redemptum, :/:
Quando terrores animum fatigant,
Anxius culpæ veniâ carerem,
Mœstus obirem :/:

A DEO scirem nisi me sacratum, :/:
Huc & illuc cum furiis vagarer,
Execrandorum scelerum ruina
Præcipitarer :/:

Sed creatum me simul & redemptum :/:
Atque sacratum scio per Jehovam,
Hic mihi portus veniæque spes est
Atque salutis :/:

Ex tuo verbo DEUS ista novi. :/:
Particeps verbi sit ut omnis ætas,
Cum tuo gnato pater atque sancto
Flamine præsta :/:

V.

GAudeamus hoc die, sodales,
Christiani quot sumus fideles!
Adhuc

Adhuc enim nos circuit,
DEUS quod olim condidit
Verbo potente, cœlum,
Ingens decore velum :/:

2.

Ut lubet, fremant strepantq; gentes,
Cogitent Regum Ducumq; mentes
Adversa filio DEI,
Qui possidet thronum poli.
Ridens eos furore
Compescet & dolore :/:

3.

Turca nobis cum Papâ quid obfit?
Rex polorum nos vocatus audit.
Quin ille noster est Pater,
Nos curat efficaciter,
Per fata tranfituris
Cœlum dabit beatis :/:

VI.

O Absolutæ fons sapientiæ
Et sanioris vena scientiæ,
A quo bonorum vis abundans
Profluit uberiore rivo!

B 5

2. Quî

2.

Qui te rogantes ducis in intimos
Rerum recessus, & Sophiae DEUS
Scaturientes fundis undas
Corde scientificas paterno.

3.

Effunde fontis divitias tui (est,
Et hanc juventam, quod caput artis
Asperge sancti rore verbi,
Inde tuum bibat ut timorem.

4.

Hinc & tuorum sensa recondita
Mysteriorum protinus hauriat,
Artesque doctas, triplicisque
Limpidiora fluenta linguæ.

5.

Gnosinque vita condat optima,
Mores honestos addat & artibus
Decentis ornamenta vitæ,
Prosperitatis & architectos.

6.

Sic plena doctrinis melioribus
Et patriæ se mancipet & bonis,
Tuæque laudi, post labores
Transeat inq; tuam quietem.

VII, Ades

*Met: anay VII. auf unnen. D. unnd
singt.*

A Des Pater supreme,
Quem nemo vidit unquam,
Patrisque sermo Christe,
Et Spiritus benigne!

2.

O Trinitatis hujus
Vis una, numen unum,
DEUS a DEO perennis,
DEUS ab utroque missus!

3.

Fluxit labor diei,
Redit quietis hora,
Blandus sopor vicissim
Fessos relaxat artus.

4.

O tortuose serpens
Qui mille per mæandros
Artesque flexuosas
Agitas quieta corda.

5.

Discede! Christus hic est,
Hic Christus est, liquefce!
Signum, quod ipse nosti,
Damnatur tuam catervam.

B C

VII. LXX

m.
les

VIII.

Lux discutit caliginem,
Lucis, sodales, principem
Hilares canamus.

2.

Cui psallit omnis angelus,
Chorusque sanctos cœlicus
Modulatur hymnos.

3.

Hunc æquor, aura, continens,
Diemque gallus nuncians,
Et aves tenellæ,

4.

Hunc laudat omne conditum,
Res quæque factorem suum
Celebrare gestit.

5.

Nos ergo nos quos provide,
Imaginis typum suæ
Dedit ipse factor,

6.

Suique fecit Spiritus
Et gratiarum compotes,
Decet esse gratos.

7. Mens

7.

Mens eja mens te suscita,
Tanta Dei pro gratia
Meditare laudes.

8.

Canora vox cor explicet,
justisque factis consonet
Pia vita voci.

9.

Tuæ salutis vindicem
Mox affuturum judicem
Vigilans memento.

10.

Quavis die sis sobrius,
Urge preces, ceu nescius
Venientis horæ.

11.

Miles palæstræ sis bonæ,
Tenaxque conscientiæ
Fideique puræ.

12.

Hic rite dulces inchoa,
Quos per beata secula
Modulos perennes.

IX. Hæc

S

IX.

HÆc mihi nec fallax animum fiducia
 Quod Deus ille Deus, (firmat,
 Cœli soli saliq; fabricator, (umq;
 Prosequitur patrio me semper amore su-
 Sub sorte quavis plasma nunquã deferet
 Fidus & omnipotens :/:

2.

Quodq; DEO natus, Patris unum, Christus
 Perpetuumq; Decus, (Jesus,
 Aula sua meos dolens labores,
 Exiit intactæ genetricis amabile pignus,
 Carnem, sacro movente partum Spiritu,
 Induit ipse meam :/:

3.

Judice Pilato mea propter crimina, mul-
 Passus acerba crucis, (ta
 Mortem probrosam purus innocensque,
 Sustinuit gelido credens sua membra se-
 pulcro,
 Tristes adivit inferorum carceres,
 Horrida claustra domans :/:

4.

(mundo

Hinc rediit vivus, jubar ut lux tertia
 Reddidit auricomum,
 Victorque sursum cœlicas ad aulas
 Transit, & solii dextram tenet usq; pa-
 terni

Ju-

Judex redibit donec æquus omnium,
Cara Dei soboles :/:

5.

Neve miser duræ peream formidine
Vivificator adest, (mortis,
Nati Patrisque Spiritus perennis,
Iste ministerii cogens moderamine sancti
Ecclesiam, sanctum genus fidelium,
Qua patet omne solum :/:

6.

Hic veniam lapso tribuit si poenitet acti
Dum veniæ locus est.
Me carneo velabit hic amictu,
Buccina de tumulis cum corpora fun-
cta citabit,
Vitamque veram cum perrenni gloria
Mi dabit ante Deum :/:

X.

REferre nil putatur
Hoc ubique seculo,
Seu diligat Magistrum
Quisque, sive spernat,
Cujus ab ore manant
Præcepta, moribus piæ
Profuturæ vitæ.

2. At

2.

At interesse multum
Re probatur ipsa,
Idemque confiteri
Sera discet hora.
Namque pii Scholarchæ
Amans erit beatior,
Interibit osor.

3.

Expertus est Elisa,
Diligendo vatem:
Ter abstinere iustus
Ne semel recedit,
Sed comitans Eliam
Rapti sub astra duplicem
Spiritum lucratur.

4.

Contrarium meretur
Bethelina turba.
Viso loquens Elisa:
Calve, calve, scande:
Post maledictionem,
Derisionis vindices
Carne pascit ursos.

s. Exem-

5.

Exempla cautiorem

Tanta quemque reddant,
Ridens Dei ministrum

Morsibus dolebit

Tartarei leonis,

Sequens Prophetæ Spiritum,
Salvus astra scandet.

XI.

Sunt humana cupidini

Addicta corda pravo.

Pars quærit potior, quod est

Ventri gulæque gratum,

Aut rerum studiis modo

Inanium tenetur.

2.

O Regis memorabilem

Sententiam Judæi!

Qui vana omnia dixerat,

Sub sole quæ feruntur.

Nil constat, Domini nisi

Dilectio timorq̄.

3.

O illabere pectori

Meo, supreme motor!

Per

Per Symplegadas ut maris
Dum navigatur alti,
In portum fidei queam
Rectum tenere clavum.

XII.

UT bona rore tellus
Sparsa novo, nova fundit arvis
Germina, cumque foetu
Arboreo segetem benignam:
Sic juvenis boni mens
Voce rigata boni magistri.

2.

E minimis ad alta
Provehitur, facillique ductu
Literulis subacta
Et pietate repleta, fructus,
Queis homines juventur,
Quosque probet DEUS ipse, fundit.

3.

O ades è supernis
Sedibus, hujus agri subactor!
Pelle malos veternos,
Ne faculam melioris auræ
Interimât venenum
Improbitalis inertiaę.

Ex-

4.

Excitaque igne sacro
Sedulitas operetur illud,
Quod tibi summe, gratum est.
Tempora sic mihi cuncta currant,
Clausula donec ævi,
Ultimus adveniatque finis.

de Inno. 4. XIII. inno. Eborac.

Ignosce mitis & bonus
Cunctis iniquitatibus,
Tua ingredi sacraria
Puris queamus mentibus!

2.

Tuo redemptam sanguine
O Christe, gentem respice,
Æterna nec per tempora
Iratu infer fulmine!

3.

Audi preces clamantium,
Nec sperne vota supplicum,
O Christe pro nobis tuum
Orans parentem mitiga!

Mel: asinus ab XIV. Inno. Jovis.

FLoridæ Doctor facilis juventæ,
Spiritus patris, genitique verbi,
Mitig

Mitis irrorata salientis undæ

Pectora rivis.

Velle crescentem segetem malorum
Cordis humani, levibusque flammis
Ure desertum, simul & nocentes

Comprime spinas.

Quando nascentum scelus expiantem
Laudibus ferret pater ille divam,
Tu super tincti caput insidebas

Castia columba.

Quinque post cursum decies dierum,
Nuper ut mortem tulerat redemptor,
Tu super visus pavidos ut ignis

Lingua refulgens.

Adjuva duros hominum labores,
Daque nos rectumque sequi piumque,
Et simul nostras studiis honestis

Imbue mentes.

Scilicet Musæ redeant Maronis,

Rursus & culti Ciceronis ora:

Quicquid & quondam Clarius videbat
Phœbus Athenis.

XV.

ORbem, DEUS, recentem
Cum prima nox tegebat,
Spirante vi profundi
Super chaos volabas.

Pe-

2.

Perennis est ab illo
Exordio recursus,
Noctem premens diemque
Vicisfitudo pergit.

3.

Precamur involuti
Dum nos jacemus umbris,
Ut tu super tenebras
Circumvolare pergas.

4.

Ne quid lupus nigrante
Occasione tentet,
Neu dormiens ovile
Molestet aut trucidet.

5.

Da corpori salubrem
Nocte hac, precor, quietem
Ne Phantasia sanctam
Turbet profana mentem.

6.

Sopor silentiosus
Sit languidis ocellis!
Interna somniantum
Vox colloquatur astris!

7. Tuis

7.

Tuis DEUS sub alis
Nox transfigatur insons!
Sic luce te reversa
Grato canamus ore.

Mel: Ge Jahn Xp XVI. unius Crisost.

PRoles Parentis optimi,
Et par parenti maximo,
De luce vera vera lux,
Verusque de DEO DEUS;

2.

En nox recesit; Jam nitet
Aurora luce prævia,
Cœlum solumque purpurans
Clausa & tenebris detegens.

3.

Sed fuscatur ignorantia
Caligo nostra pectora,
Et nubilis erroribus
Mens pene cedit obruta.

4.

Exurge sol purissime,
Mundoque da diem suum,
Nostramque noctem illuminans,
Erroris umbras discute.

s. Dissol.

5.
Dissolve frigus horridum,
Arvumque nostri pectoris
Calore lampadis tuæ
Humore purga noxio,

6.
Ut irrigatum cœlitus
Roris beato nectare,
Et centuplo cum fœnore
Cœleste semen proferat.

XVII.

O Pater! o noster pater! o bone, qui
theatra cœli
Tenes inaccessa corusca luce!
Ad gemitus aures adhibe, neque quos re-
missa tellus]

Habet, preces contemne filiorum.

2. (universi
Una tuum sanctum celebratio nomen
Mundi per omnes angulos adoret.
Una fides cultusque superstitionis, unus
expers,
Et cultui conformis esto vita:

3. (gubernet
Scepta tui regni veniant, tua dextra nos
In semita recta, tibi que grata

Obse.

Obsequio nostra ut simili tibi pareat vo-
luntas,

Quo paret alti dulcis aula coeli.

4. (bre quicquid
Porge cibum nobis hodie Pater, & salu-
Ufus fovendi corporis requirit.

Da veniam clemens, aliisque velut be-
nigniores

Ignoscimus, nostras remitte noxas.

5. (illecebris
Dæmonis insultus cohibe Pater, ut nec
In probra nos deducat aut pericla.

Pone malis finem, tibi deniq; jungere libe-
ratos,

Ut te beati perfruamur. Amen.

XVIII.

O Dira! o dira compes!
O gravis catena!

Quæ nos tenet revinctos,

Venundatosq; mittit
Sub Jura mortis atræ.

2.

Augusti augustiora

Dum bonis anhelant

Primi datis Parentes,

Hac decidere sorte,

Qua vere erant beati.

Hæc

3.
Hæc Christe , hæc Christe vincla
Non queunt rescindi,
Nî solus illa laxes.

Tu solve compeditos
Tam tristibus catenis.

4.
Tu solve, solve noxas,
Tu leva reatum,
Salvator & Redemptor,
Tuo cruore lotis,
Et da tenere cœlum.

mel:
Ge. Jans. XIX. Quis unum? Coly
lugh.

O Christe mellitissime,
Speculum piæ puertiaë,
Quarto puer triennio
Qui pascha sacrum visitas!

2.
Gratus Deo, gratus bonis
Matriq; moriger piæ,
Annis simul prudentiam
Conjuxeras, & gratiam.

3.
Nostram juventam respice,

C Et

ec



Et nos benignus imbue
Salubris obsequentiæ,
Solertiæque munere,

4.

Ut recta nos monentibus
Morem geramus debitum,
Quo disciplina nos tuæ
Reddat sequaces indoli,

5.

Solersque diligentia
Tuis dicata laudibus,
Totos piis nos usibus
Ceu Nazaræos mancipet.

6.

Quo surculi frugis bonæ
Crescamus, & favor tuus
Hic divitet nos gratiâ,
Hinc prosperet nos gloriâ

abundant ab Inim X X. Joann. thel:

Spiritus summi Patris, atque Nati,
Mitis appare, dociles gubernans
Pectoris motus, animumque comple
Numine sancto.

2.

Fons inexhaustæ bonitatis uber,

Irriga

Irriga sacro sitiens cor amne,
Eluens foedi maculas reatus
Flumine sancto.

3.

Ignis o ardens Deitatis almæ!
Excita Flammæ melioris æstum,
Luceat nostris focus ut medullis
Vivus amoris.

4.

Dulce solamen pietatis, adsis
Fidus adjutor, miseros superbus
Cum reos hostis statuet tremendum
Ante tribunal.

XXI.

UNum quod expetivi,
Id a Deo subinde,
Dum vixero, requiram,
Ut quicquid est dierum,
In æde sacrosancta
Id exigam Jehovæ.

2.

Ritusque sacrosanctos,
Cum mystico paratu
Mirer, pioque cultu
Spectanda templa visens

C a

ln

riga

In deficiente voto
DEUM frequens adorem.

3.

Sic rupis instar altæ
Munitus arce firma,
Securus a futuri
Periculi procellis,
Tentorii sub umbra
Degam tui quietus.

4.

Laus sit DEO Parenti,
Laus sit Deoque Nato,
Laus utriusque sacro
Sit Flamini, per omnes
Horas Dies & annos,
Æterna perque secla.

hel: Ge Job's & X: XII. in v. minis. C. 1. l.

JAM lucis orto fidere
DEUM precemur supplices,
Ut in diurnis actibus
Nos servet a nocentibus.

2.

Linguam refrenans temperet,
Ne litis horror insonet,

Visum

Visum fovendo contegat,
Ne vanitates hauriat.

3.

Sint pura cordis intima,
Absistat & vecordia,
Carnis terat superbiam,
Potus cibique parcitas.

4.

Ut cum dies abscesserit
Noctemque fors reduxerit,
Mundi per abstinentiam,
Ipsi canamus gloriam.

5.

DEO Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paracleto,
Et nunc & in perpetuum,

XXIII.

JAm reditum parabat,
Morte prostrata, superas
Christus ovans ad arces:
Cum folii paterni
Magnus hæres discipulos
Talibus admonebat.

C 3

2. Ite

um

2.

Ite per universi
Terminos mundi, populis
Læta novæ salutis
Nuncia proferentes,
Mortis in nostræ merito
Quæ patet universis.

3.

Deinde lavate sacri
Fonte baptismi, Patris in
Nomine, filiique,
Flaminis atque sancti,
Et meis promptum monitis
Obsequium docete.

4.

Flumine tinctus isto,
Et mihi credens, capiet
Gaudia sempiterna:
Credere sed recusans,
Mortis æternæ stimulos
Sentiet æviternos.

5.

Limpide fons amoris,
Christe Salvator, renova

Nos

Nos meliore vita,
Ut tibi pareamus
Et tui freti merito
Sede poli fruamur.

XXIV.

Curaram nihil invenitur expers,
Mortales ubicunq; sunt coloni.

2.

Grassatur labor & dolor per omnes.
Majores cruciantur & minores.

3.

Peccatum melius nihil meretur,
Peccato pretium mori statutum.

4.

Peccato sumus intus inquinati,
Peccamus, foris angimur reatu.

5.

O JESU! procul hunc ut abstulisti,
Sic curas alacri fide repellis,

A XXV.
Ligerum creator!

Spirituum bona qui piorum
Agmina condidisti,
Præsidium Satanæ furentis

C 4

Infi-

tos

Insidias, & orbis
Sæva mali nocumenta contra.

2.

Qui simul insolentem
Unigenæ Michaelis hostem
Phosphoron, illiusque
Turpe sodalitium beatis
Sedibus expulisti,
Tartara præcipites in ima.

3.

Nos precor angelorum
Militia vigili tuorum
A furiis Draconis
Atque dolis tege versipellis.
Qui tua castra circum
Mille neces vomit atque fraudes.

4.

Te quoque quem tremiscunt
Cum colubro & colubri catervæ,
O animose victor,
Nate DEO Michael! in omni
Te promachum rogamus
Corporis ac animæ periculo.

XXVI.

Ge. In. XXVI. Quis morib. En. " bono luff"

Somno relictis artibus,
Spreto cubili surgimus,
Nobis Pater canentibus,
Adeffe Te deposcimus.

2.

Te lingua primum concinat,
Te mentis ardor ambiat,
Ut actuum frequentium
Tu, sancte, sis exordium.

3.

Cedant tenebrae lumini,
Et nox diurno fideri,
Ut culpa, quam nox intulit,
Lucis labascet munere.

4.

Sic tota decurrat dies,
Ne lingua mendax nec manus,
Oculive peccent lubrici;
Neu noxa corpus inquinet.

5.

Spectator astat desuper,
Qui nos diebus omnibus
Actusque nostros prospicit,

C 5

Alu-

VI.

es.

A luce prima in vesperam,

6.

Hic testis hic est arbiter,
Hic intuetur, quicquid est,
Humana quod mens concipit,
Hunc nemo fallit judicem.

7.

DEO Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraceto,
Nunc & per omne sæculum.

XXVII.

O Amor ! o pietas ! coelo sublimior al.
Profundior quavis abyſſo, (to
Sensuque major omni !

Non avidus propriae tantum fuit ille sa-
Propensius quin promoveret (lutis,
Nostram pius redemptor.

2.

Jam feranox aderat, crudelis conscia fa-
Qua perfidi fraudes alumni (ctis
Pessundabant Magistrum.

Cum meditans animæ nostræ nova fœ-
dera Cbristus,

Coena peracta pane sumto
Grates Patri peregit.

3. Disci-

3.

Discipulisq; suis fractum divisit edendum,
Hoc dixit, hoc corpus meum, quod
Vestrae redemptionis (lerni
Traditur in pretium: dulcis calicemq; fa-
Sacra manu cunctis bibendum
Porrexit ista fatus:

4.

Hic cruor ille meus pro vestro crimine
Hic foederis crater recentis (fusus,
Antiqua pacta tollet. (ris hujus,
Caeditur haec etiam dum victima corpo-
Re praestita cedent figuræ,
Et umbra veritati.

5.

Este mei memores, hoc poclo rite potiti
Et pane sacro, donec orbis
Æquus redibo iudex.
Interea stabiles durate, meoque labore
Freti per ærumnas beatæ
Servate vos quieti.

6.

O rediviva Dei proles, nos adsere partes
Sacro tui fluxu cruoris,
Lytroque carnis almo!
Participesq; tui post lubrica tempora re-
Hic gratiæ tuæ capaces, (gni;
Hinc redde Gloriosi,

C 6

XXVIII

XXVIII.

O Mira cladis & salutis
 Vicisfitudo nostræ,
 Elapfa quæ post secla vidit
 Lux illa nos redemptos,
 Quæ viderat rerum sub ipso
 Exordio peremptos,
 Technis & infamem colubri
 Venundatos ad orcum.

2.

Qua luce primum noxa Adamum
 Eliminarat horto,
 Hac deinde postremus cruorem
 Sudavit horto Adamus,
 Ut luridi fraudes Draconis
 Horto retaliaret,
 Perennes ac amœnitates
 Horti redintegraret.

3.

Qua luce mors intravit orbem
 Lapsu prioris Adæ,
 Hac passa rursus est repulsam,
 Adam simul secundus
 Mortem subivit & superbæ
 Fregit necis sagittas,

Vi-

Vitamque victa morte nobis
Reduxit æviter nam.

4.

Qua luce nos terrestris Adam
Subjecit heu! labori;

Hac luce nos cœlestis Adam
Redemit ad salutem.

Qua luce nos in servitutem
Primus subegit Adam;

Hac a maligna servitute
Nos vindicavit alter.

5.

Hæc illa diæ caritatis
Prudentiæque vis est,

Ut unius rebellione

Quod perditum jacebat,

Reponeret statum in piorem

Id alter obsecundans.

O dulcis hæc vicisfitudo

Quas gratias meretur!

XXIX.

Quid toties animam peccati no-
mine terres?

Tentator atrocissime!

Nul-

Nullius omnium tibi
Confessionem debeo.

2. (ma soli,
Nil tibi, sed Domino peccavi pluri-
Nam solus ipse justus est,
Legemq; solus condidit,
Soli DEO sum debitor.

3. (bi mecum,
I procul hinc Satana, juris nil est ti-
Ut factus ipse sim reus
Cum cæteris mortalibus
Tu jufferas, quid exigis?

4. (bile, feci,
Ante Deum fateor, quicquid damna-
Qui solus omne jus habet,
Pieque supplicantibus
Remittit omne debitum.

5. (præstat.
Supplico justitiæ, pacem clementia
Per Filium placatus est,
Donatq; Spiritum Pater,
Si certa me fides tenet.

XXX.
TU qui consilii, prodigus es boni
Qui

Qui desideriiis corda foves piis,
Et qui tramite recto
Recte facta moves DEUS!

2. (mus,
Cernis, quæ miseri tempora vivi-
Fraudis plena malæ, non satiabi-
Instar fluminis iras (lis
Quas dirus Satan evomit.

3. (ribus
Hinc qua terra patet, cuncta furo-
Fervent indomitis, nec pietas ha-
Quo sedem sibi figat, (bet,
Tellus pacis inops gemit.

4.
Hos inter gemitus nos Pater aspice,
Pacis divitias confer amabiles,
Et mapalia præsta
Servis tuta tuis, DEUS!

5. (pem
Ut mens nostra tuam respiciens o-
Spe verbis alacri pendeat a tuis,
Celfo pectore mundi
Spernens, Dæmonis & minas.

6.
Et puri scelerum quod superest tibi
Dega-

Degamus placido tempus in otio
Addicti DEUS unis

Toti servitiis tuis,

Mel. Ge. Ant. Quint. unum. Coram. Cui.
XXXI.

REX Christe factor omnium!
Æterna spes credentium!

Placare verbis supplicum

Te laudibus colentium,

2.

Cujus benigna gratia

Crucis per alma vulnera

Virtute solvis ardua

Primi parentis vincula,

3.

Tu qui creator siderum

Tegmen subisti carneum,

Dignatus hanc vilissimam

Pati doloris formulam,

4.

Ligatus es, ut solveres

Mundi ruentis complices,

Per probra tergens crimina,

Quæ mundus auxit plurima.

5.

Cui redemptor figeris

Ter-

Terram sed omnem concutis,
Tradis potentem Spiritum,
Nigrescit atque seculum.

6.

Mox in paternæ gloriæ
Victor resplendens culmine
Cum spiritus munimine
Defende nos, Rex gloriæ.

XXXII.

A Domino positæ
Sunt inimicitia
Inter antiquum Draconem,
Et Mariam Virginem.

2.

Seminibus geminis
Lis stat & ira gravis,
Occidat vertex superbus,
Pes triumphet faucibus.

3.

Talia disfidia
Quem piget esse rata,
Nec Stygis movet Tyrannum
Nec Monarcham fiderum.

4

Sed bene sic positæ

Sunt

Sunt inimicitiae:
Sic enim recte docemur!
Sic ad astra adducimur!

5.

Funditus hydra jacet,
Æthera Christus habet,
Ille noster est Patronus.
Sic beati vivimus.

XXXIII.

CHriste vesperascit,
Et dies opacæ
Jam propinqua nocti
Vergit in tenebras.

2.

Quicquid hoc theatrum
Sub polo tuetur,
Tendit ad probrofas
Noctis officinas.

3.

Rarus est bonorum
Ordo, qui probanda
Ponat ad serenam
Rite facta lucem.

4.

Magna vis malorum,

Qui

Qui dolis & armis
Ad necem piorum
Exigunt phalanges.

5.

Ergo Christe fortem
Intuere nostram,
Nec tumultuanti
Cede victor orbi.

6.

Neu periclitantes
Auxilique nudos,
Dentibus protervis
Nos relinque prædam.

7.

Ah mane Redemptor!
Ah mane! potenter
Vindica tuorum,
Quod potes, salutem.

8.

Sin abire præstat,
Affectas vocato
Nos ad æviternæ
Regna sancta pacis.

9.

Illa nempe voti

Una

Unà summa nostri,
Ut malis soluti
Simus usque tecum,

10,

Inter & beatos
Cœlites beatæ
Perpetim canamus
Grata Trinitati.

Mel:

anay auf untr XXXIV und Triyo

Aurora jam refulget,
Noctis fugantur umbræ,
Te laudo mente gratus,
Jesu, jubar Parentis.

2.

Custode quo tenebras
Vici metusque noctis,
Diemque sospes illam
Pulsis reviso curis.

3.

Porro mihi per omnem
Sic usque præstes vitam,
Tuaq; luce mentis
Caliginem fugato.

4.

Hostes repelle, dita

Suc-

SUCCESSIBUS labores,
Ut corde, voce, factis,
Canam tuos honores.

5.

Dies meosque sancte
Vivam, pieque claudam,
Custodia tuorum
Stipatus Angelorum.

XXXV.

IN mundi dubia via viator
Quisquis legitimam profectioem
Æterno cupis expedire fructu,
Quod facis, facias, fac examussum.

2.

Vides dextera quid, quid & sinistra
Monstret non sine maximo periclo,
Illic Oceanus viæ solutæ
Hic abyssus adest viæ ligatæ.

3.

Christus auspiciam beatitatis,
Quæ vitam faciant beatiorem
Monstrans discipulis: ad universos
Ite, dixit & erudite gentes.

4.

Culpam nomine quam meo ligatis,
In terris erit, & ligata cœlo,

At

At quam solvitis, est soluta cœlo.
Vide iram Domini! vide favorem!

5.

Times Tartareas homo paludes? (est!
Ne desponde animum! soluta culpa
Si fidas Domino, stygis salebras
Parvi pendis homo? ligata culpa est.

6.

Mens secura, animus superbus, hæc sunt,
Queis a tramite deviat viator.
Tu serva medium viæ viator
Ut recte ire queas & esse felix.

XXXVI.

Sabbathi colendi
DEUS autor est, revolve!

Illiusque legi
Reverenter obsequare.
Benedictus, atque sanctus
Sit septimus dierum,
Finis quiesque rerum.

2.

Quid prophane cœptas?
Sacra te vocant, recedis,
Rus domumque curas,
Animæ curam relinquis.

Sapiens

Sapiens tibi videre,
Vesanus est, laborat
Qui plurimum, nec orat.

3.

Ni DEUS creasset
Spatio priore campum,
Stulte nunquid esset,
Ubi verteres aratrum?
Nisi sabbatho quiesces
Amore sanctitatis,
Quod quæris, haud habebis.

4.

Cæteris diebus
Scatuit frequente Manna,
Sabbathi sub ortus
Fuit absque pane terra:
Tamen exiens Hebræus
Per irritum laborem
Læsit DEI favorem.

5.

Ligna colligebat
Sibi profutura pauper,
Quid fit? occidebat
Lapides lucratus æger,

Lapi-

Lapides mori jubentes.
Dum sabbatho lucraris
Prophane, cuncta perdis.

AXXXVII.
Rbiter & redemptor
Omnium, JESU! tua vox
Sit mihi norma vitæ!
Perdus atq; pernox
Corde quam puro teneam,
Quamq; sequar deinde.

2.

Da rata pacta servem,
Fonte quæ tecum pepigi
Christe, tuo renatus.
Da tua cœna, veræ
Dulce fomentum fidei
Sit mihi cœna vitæ.

3.

Da crucis ingruentis
Perferam molem patiens,
Officiique præstans
Munera diligenter
Corde te supplex humili
Persequar ac adorem.

4. Sic

4.

Sit breve tempus ævi
Pœnitens pravi, pietas
Sordibus a malignis
Pectora pura præstet,
Donec optatum videat
Lubrica vita finem.

M. Rufalt XXXVIII. sub Le Roy

SERVA DEUS verbum tuum,
Et frange vires hostium.
Qui JESUM filium tuo
Turbare conantur throno.

2.

Ostende nunc potentiam,
O Christe Rex regum, tuam,
Defende parvulum gregem,
Qui te fatetur Principem.

3.

Vivificator Spiritus
Concordiam da cordibus,
Adsis periclitantibus,
Cum morte conflictantibus.

4.

Hostes retunde machinis
Cadentibus reciprocis,

Sic

v

Scro



Scrobes in altis dejice,
Quas construunt Ecclesiæ.

5.

Sic senserint tum denique,
Nostrum DEUM te vivere,
Et esto præsto turbulæ,
Quæ sperat in Te fervide.

6.

Pacem tuam te poscimus,
Concede nobis cœlitus.
Nam nemo præter Te, Pater,
Vita est tuis & arbiter.

XXXIX.

O Bone seminator,
Vivifici fata pura verbi
Qui seris universum
Pro pietate tua per orbem!
Cor tibi pro novali,
Christe, meum, precor, apparatus,

2.

Ut patiens aratri
Ætherei, sitiensque roris
Grana tui subacta
Accipiat, teneatque verbi.

Et

Et tibi messe grata
Multiplicem segetem refundat.

3.

Pelle gravem veternum,
Ne lolio scelerum malignus
Inquinet hostis arvum,
Christe tuum, Stygio cremandus
Pro meliore fruge
Neu veniat paliurus igne.

4.

Messe sed in suprema
Angelicus tibi me beatos
Colligat in manipulos,
Vile quidem minimumq; germen,
Teque inbente messor
Cogat in horrea grata cœli.

XL.

CUm sint acerba tempora,
Luesq; tristis noxia
Contagione serpat,
Ferox tyrannus turgeat,
Mars arma sævus urgeat,
Ut sacra cuncta vertat,

2.

Nos indigentes auxili

D 2

Patrens

Patrem benignum filii
Te supplices rogamus,
Ignosce noxis criminum,
Iramque tolle vindicem,
Auffer minax flagellum.

3.
Defende bella noxia,
Contagiiq; toxica
Gregi tibi dicato,
Ne Mars honestas lancinet
Scholas, tuasve dissipet
Neu pestis officinas.

4.
Qui nos alunt, qui nos docent,
Qui nos regunt, qui nos fovent,
Defende tu Jehova,
Docentium tu protege
Et a periculis adsere
Discentiumq; coetus.

5.
Superstites nos vivere
Et in tuas succrescere
Jube benigne laudes,
Aut da beatum transitum,

Ue

Ut in choro cœlestium
Te perpetim canamus.

*Chel:
Laud ab Domus XLII. Jovis Cirbon.*

PERTINAX verbi fideiq; factæ,
Ad preces flecti facilis, serenum,
O pater, cœlum, pluviumq; ducens
Atque reducens.

Lance ne nostras nimium severa
Pensita noxas, magis ad favorem
Verte te, casus miserate nostros
Atque Labores.

Frugibus dona modo colligendis
Commodum cœlum, sine nube
pulcher
Luceat Phœbus, placidoq; messem
Torreat æstu.

Nostra quo tellus sua dona reddat,
Plena divinæ benedictionis,
Unde centuplo segetem rependant
Fœnore campi.

Cernat ut quovis populus sub axe,
D 3 Te

Ue

Te DEUM verum, memoremque
nostri.

Cujus ad nutum venit uva, spica,
Culmus, arista.

Serviant uni tibi corda nostra,
Et tuis donis sapienter uti
Gnara, contendant tibi sempiter-
num

Condere carmen.

Cantiones eccle-
siasticæ.

XLII.

De Adventu Christi:

Veni redemptor gentium,
Ostende partum virginis,
Miretur omne seculum,
Talis decet partus Deum.

2.

Non ex virili femine,
Sed mystico spiramine,

Ver-

Verbum Dei factum est caro,
Fructusque ventris floruit.

3.

Alvus tumescit virginis,
Claustra pudoris permanent,
Vexilla virtutum micant,
Versatur in templo DEUS.

4.

Procedens de thalamo suo,
Pudoris aula regia,
Geminæ gigas substantiæ,
Alacris ut currat viam.

5.

Egressus ejus à Patre,
Regressus ejus ad Patrem,
Excursus usque ad inferos,
Rekursus ad sedem DEI.

6.

Æqualis æterno Patri!
Carnis trophæo accingere,
Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpetim.

7.

Præsepe jam fulget tuum,

D 4

Lu-

Lumenq; nox spirat novum,
Quod nulla nox interpolet,
Fideque jugi luceat.

8.

Deo Patri fit gloria
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu paracleto
Et nunc & in perpetuum.

In Festo nativitatis.

XLIII.

A Solis ortus cardine
Ad usq; terræ limitem,
Christum canamus principem,
Natum Maria virgine.

2.

Beatus auctor seculi
Servile corpus induit,
Ut carne carnem liberans
Ne perderet, quos condidit.

3.

Castæ Parentis viscera
Cœlestis intrat gratia,
Venter puellæ bajulat
Secreta, quæ non noverat.

4. Do-

4.

Domus pudici Pectoris
Templum repente fit Dei,
Intacta nesciens virum,
Verbo concepit Filium.

5.

Enixa est puerpera,
Quem Gabriel prædixerat,
Quem matris alvo gestiens
Clausus Johannes fenserat.

6.

Fœno jacere pertulit,
Præsepe non abhorruit.
Parvoq; lacte pastus est,
Per quem nec ales esurit.

7.

Gaudet chorus cœlestium,
Et Angeli canunt DEO,
Palamq; fit pastoribus
Pastor creator omnium.

9.

Summo parenti gloria,
Natoque laus quàm maximã
Cum Sancto fit Spiramine,
Nunc & per omne seculum.

D S

20

In Festo Purificationis,

XLIV.

COrde natus ex parentis ante mundi
exordium,
Alpha & O cognominatus, ipse fons &
clausula
Omnium, quæ sunt, fuerunt, quæq; post
futura sunt,
seculorum seculis.

2.

O Beatus partus ille! Virgo cum puerpera
Edidit nostram salutem, Eæta sancto Spi-
ritu,
Et puer redemptor orbis, os sacratum
protulit
seculorum seculis.

3.

Pfallat altitudo cœli, pfallant omnes
Angeli,
Quicquid est virtutis usquam, pfallat in
laudem Dei,
Nulla linguarum filescat, vox sed omnis
consonet,
seculorum seculis.

4.

Ecce! quem Vates vetustis concinebant
seculis Quem

Quem Prophetarum fideles paginae spo-
ponderant,
Emicat promissus olim, cuncta collau-
dent eum
Seculorum seculis.

5.

Te senes, & Te juvenus, parvulorum
Te chorus,
Turba matrum, virginumque, simplices
puellulae
Voce concordi pudicis constrepunt con-
centibus
Seculorum seculis.

6.

Tibi Christe sit cum Patre, hagioq; Pneu-
mate,
Hymnus, & melos, perennis gratiarum
actio,
Cordiumq; perpes regnum, jugis & vi-
ctoria,
Seculorum seculis.

XLV.

In Festo trium Regum.

Hostis Herodes impie,
Christum venire quid times?
D 6 Non

Non arripit mortalia,
Qui regna dat cœlestia.

2.

Ibant Magi, quam viderant,
Stellam sequentes præviam,
Lumen requirunt lumine,
Deum fatentur munere.

3.

Lavacra puri gurgitis
Cœlestis agnus attigit,
Peccata quæ non detulit,
Nos abluendo sustulit.

4.

Novum genus potentiaë,
Aquæ rubescunt hydriæ,
Vinumque iussa fundere,
Mutavit unda originem.

5.

Laus esto Tibi Domine,
Quod apparuisti hodie,
Cum Patre & Sancto Spiritu,
In sempiterna secula.

XLVI.

Hymnus Quadragesimalis.

CHriste, qui lux es, & Dies,
Noctis tenebras detegis,
Lucisque lumen crederis,
Lumen beatum prædicans,

2.

Precamur, sancte Domine,
Defende nos in hac nocte,
Sit nobis in te requies,
Quietam noctem tribue.

3.

Ne gravis somnus irruat,
Nec hostis nos surripiat,
Nec caro illi consentiens,
Nos tibi reos statuatur.

4.

Oculi somnum capiant,
Cor ad te semper vigilet,
Dextera tua protegat
Famulos, qui te diligunt.

5.

Defensor noster adspice,
Insidiantes reprime,

Guber

Guberna tuos famulos,
Quos sanguine mercatus es.

6.

Memento nostri, Domine,
In gravi isto corpore,
Qui es defensor animæ,
Adesto nobis Domine.

7.

DEO Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paracleto,
Nunc & per omne seculum.

XLVII.

Tempore passionis.

PATris sapientia,
Veritas divina,
DEUS homo captus est,
Hora matutina,
A suis discipulis
Citò derelictus,
Judæis est traditus,
Venditus, afflictus.

2.

Hora prima ductus est

Jesus

Jesus ad Pilatum,
Falsis testimoniis
Multum accusatus,
In collo percutiunt
Manibus ligatum,
Vultum DEI conspuunt
Lumen cœli gratum.

3.

Crucifige, clamitant,
Hora tertiarum,
Illusus induitur
Veste purpurarum,
Caput ejus pungitur
Corona spinarum,
Crucem portat humeris
Ad locum pœnarum.

4.

Hora sexta Jesus est
Cruci conclavatus,
Et est cum latronibus
Pendens deputatus,
Præ tormentis sitiens
Felle saturatus,
Agnus crimen diluit
Sic ludificatus.

5. Ho-

sus

5.

Hora nona Dominus
Jesus exspiravit,
Eli clamans, animam
Patri commendavit!
Latus ejus lancea
Miles perforavit,
Terra tunc contremuit,
Et sol obscuravit.

6.

De cruce deponitur
Hora vespertina,
Fortitudo latuit
In mente divina,
Talem mortem subiit
Vitæ medicina.
Heu corona gloriæ
Jacuit supina!

7.

Hora completorii!
Datur sepulturæ
Corpus Christi nobile,
Spes vitæ futuræ,
Conditur aromate,
Complentur scripturæ,

Jugi

Jugi sit memoria
Mors hæc mihi curæ!

8.

Has horas Canonicas
Cum devotione
Tibi, Christe, recolo
Pia ratione,
Ut qui pro me passus es
Amoris ardore,
Sis mihi solatium
In mortis agone.

XLVIII.

In Festo Paschatos.

Vita sanctorum, decus Angelo-
rum,
Vita cunctorum pariter piorum,
Christe, qui mortis moriens mi-
nistrum

Ex superasti.

Tu tuo lætos famulos trophæo
Nunc in his serva placidus diebus,
In quibus sanctum celebratur omnẽ
Pascha per orbem.

3. Pa-

Pascha, quo victor rediens ab imo,
Atq; cum multis aliis resurgens,
Ipse susceptam super alta carnem
Astra levasti.

Nunc in excelsis Dominus reful-
gens,

Et supra cœlos DEUS elevatus,
Inde venturus, Homo judicatus,
Denuo Judex.

Corda tu sursum modo nostra tolle,
Quo Patri dexter resides in alto,
Ne resurgentes facias in ima
Præcipitari.

Hoc Pater tecum, hoc idem sacra-
tus,

Præstet amborum, pie Christe, fla-
tus,

Cum quibus regnas DEUS unus o-
mni

Jugiter ævo.

XLIX.

In Festo Trinitatis.

O Lux beata Trinitas,

Et

Et principalis Unitas!
Jam Sol recedit igneus,
Infunde lumen cordibus.

2.

Te mane laudum carmine,
Te deprecemur vesperè,
Te nostra supplex gloria,
Per cuncta laudet secula.

3.

DEO Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu paracleto,
Nunc & per omne seculum.

L.

De resurrectione.

Quia cuncta creata necesse est
Labefacta fenescere tandem,
Compactaque dissociari,
Et dissona texta retexi,
Hanc tu, DEUS optime, mortem
Famulis abolere paratus,
Iter inviolabile monstras,
Quo perdita membra resurgant.
Nam

Et

Nam quod requiescere corpus
 Vacuum sine mente videmus,
 Spatium breve restat, ut alti
 Repetat collegia sensus.
 Venient cito secula, cum jam
 Socius calor ossa revisat,
 Animataque sanguine vivo
 Habitacula pristina gestet.
 Quidnam sibi saxa cavata? (ta?
 Quid pulcra volunt monumen-
 Nisi quod res creditur illis
 Non mortua, sed data somno?
 Jam mœsta quiesce querela,
 Lacrymas suspendite matres,
 Nullus sua pignora plangat,
 Mors hæc reparatio vitæ est.
 Sic semina sicca virescunt
 Jam mortua, jamque sepulta,
 Quæ reddita cæspite ab imo
 Veteres meditantur aristas.
 Tu suscipe, terra, fovendum,
Ubi me mea fata vocarint,
 Hominis tibi membra sequestro,
 Cinerosa & fragmina credam.
 Ani-

Animæ fuit hæc domus olim
 Factoris ab ore creatæ,
 Fervens habitavit in istis
 Sapia principis Christo.
 Tu depositum tege corpus,
 Non immemor ille requiret
 Sua munera fictor, & auctor,
 Propriique ænigmata vultus.
 Veniant modo tempora justa,
 Cum spem DEUS impleat omnẽ,
 Reddas patefacta necesse est,
 Qualem tibi trado figuram.

CANTILENÆ POENIT:

Met: anand LI. ab Iovinio Jovis.

Aufer immensam, DEUS, aufer iram,
 Et cruentatum cohibe flagellum,
 Nec scelus nostrum properes ad æqvam
 Pendere lancem.

Si luant justam mala nostra pœnam,
 Quis potest sævas tolerare plagas?
 Cùm nec ultricem spatiosa ferret
 Machina virgam.

Parce sed nostris miserando culpis,
 Jus pari clemens pietate miscens,

Cui

Cui manet semper proprium, maligno
Parcere mundo.

Cur super vermes luteos furorem
Sumis, o magni Fabricator orbis?
Quid sumus quam fex putris, umbra,
pulvis,
Glebaque terræ.

Nos parentalis maculat reatus,
Et caro mentem trahit imbecillem,
Ergo tam sortem fragilem benigno
Respice vultu.

Da crucem, clavos, scuticam, coronam,
Lanceam, funes, rigidamque mortem,
Inter iratam mediare dextram
Et mala nostra.

Non opus summi pereat Magistri,
Nec sinas cassam fore passionem,
Corde sed manans lavet omne crimen
Sanguis & unda.

Hoc ratum quo sit facias, precamur,
Omnibus nobis, residens olympo,
Qui DEUS semper dominaris orbi
Trinus & unus.

LII.

Psalmus 32.

BEatus, omne cui nefas

Est, & manet remissum,
Cujusq; tecta iniquitas

Missâ in marisq; abyssum.

Beatus hic, alumnus est

Vitæ, simul renatus est,

Non imputat cui DEUS

Suum scelus,

In cujus ore non dolus.

2.

Meum tacerem cum scelus,

Mea ossa tabuere.

Quo verterem me nescius,

Cœpi dolere, flere.

Gravi, DEUS, sic dextera

Me pondere angebat tua

Nocte ac die: sic aridus

Vigor meus,

Agros ut urit Sirius.

3.

Hinc mente versa palleo,

Peccata nec recondo.

Dixi, fatebor nunc DEO

Delicta corde toto.

Et tu remisisti mihi

Nefas.

Nefas. Pius pro munere
Hoc omnis oret unicè,
Fluctus aquæ
Nullo obruent hos tempore.

4.

Tutela tu mea, o DEUS,
Servum in malis tuere.
Servatus ut te laudibus
Tempus veham per omne.
Meo instruam te numine,
Monstrans viam, qua nitere,
Sectere quam, viam tuam
Semper regam,
Meis ocellis te regam.

5.

Ne fitis, ut muli, aut equi,
Mentis bono carentes.
Opus lupatis queis, ubi
Debent DEI esse amantes.
Multum impios manet mali.
Qui sperat in DEUM, DEI
Circumdabit mox gratia.
Turba ô pia
Lætare! gaude gaudia!

LIII.

LIII.

Psalmus 51.

Parcas mihi tua, DEUS,
Pro maxima clementia.
Munda, ablue o meum scelus,
Agnosco, plango crimina.
Peccavi ego Soli Tibi,
Me mordet illud unicum,
Probatur haud malum tibi,
Me justus urges impium.

2.

Sum natus en in sordibus,
Conceptus inq; noxia.
Tu veritate niteris,
Pandis tua & mysteria.
Consperge tu me Hyssopo.
Purgante te nivem supra
Mundabor, auditu meo
Des, ossa gaudeant mea.

3.

Nefas tuere ne meum,
Injusta dilue omnia.
Mundum crea in me cor, novum
E In

I.

In meqꝫ Spiritum innova,
 Ne servulum me rejice,
 Priver tuo nec spiritu:
 Salutis auctor tu meæ,
 Alacri regas me spiritu.

4.

Vias, DEUS, tuas ego
 Docebo iniquos, impios.
 Ut tramite à statim malo
 Vertantur ad te protinus.
 Salutis ò meæ DEUS,
 Me libera à vi sanguinis:
 Legis tuæ atqꝫ laudibus
 Os, lingua, plena sint tuis.

5.

Libum tibi non azymum
 Poscis, dedissem providus.
 Tritum probato spiritum,
 Cor anxium mœroribus.
 Temnas tuam ne victimam,
 Fac ô benigne civibus
 Montis Sionis, hostiam
 Justam tibi litantibus,

LIV.

Mel: Sub his nota signis i. J. S.
Psalmus 130.

EX inferis ad te, DEUS,
Exaudias vocantem.

O applices aurem bonus
Ad te DEUM petentem.

Peccata nam si respicis
Atrox malumq; originis,
Quis quæso sustinebit?

2.

Mera tu abundas gratia,

Peccata tu remittis.

Nil nostra sanctimonia,

Sit illa summa quamvis.

Non ante te notis honor,

Quin omnibus tui timor,

Stamus tuo favore.

3.

Ergo DEO, nunquam meæ

Confido sanctitati.

Hoc nitor, ejus maximæ

Fifus benignitati.

Quam spondet in verbo suo:

E 2

Sala-

LIV.

Solamen illa, seculo
Hanc præstolabor omni.

4.

Opis licet nil vesperi
Detur, nihilq; mane,
Pectus tamen nutu DEI
Stabit, cadetq; plane.
Sic faxit Israel pius,
Renatus igne spiritus,
Expectet atque numen.

5.

Si magna nostra crimina,
Major favor Tonantis.
Juvat Deiq; dextera
In omnibus periculis.
Pastor bonus solus manet,
Solut Sionem vindicet
Iniquitate ab omni.

Melior g. v. l. LV. in in gross.

DEUS, mea
Quàm grandia
Peccata sunt patrata!
Est nemo, qui
Opem mihi

Ferat

Ferat orbis in palæstrâ.

2.

Percurrere
Hoc tempore
Quamvis liceret orbem,
Me solvere
Volens cruce
Disperderem laborem.

3.

Accedo te,
Ne sperne me,
Meretur ut reatus,
Irâ in tuâ
Ne judica,
Luit piacula natus.

4.

Si me voles
Pœnas graves
Ob ista sustinere,
Fac, quæso, nunc
Et parce tunc,
Hic me finas dolere.

5.

Concede cor,

E 3

Cul-

Ferat

Culpæ immemor,
Patiens, obediensque,
Ne, sicut id
Quandoque fit,
Cadam obstrepens salute.

6.

Tractato me,
Ceu vis, bene
Te sufferam iuvante,
Noli tuis
Me gaudiis
In axe separare.

7.

Ut avicla se
Solet abdere
Lignis in excavatis,
Cum turbidus
Terret polus
Homines, ferasque sylvis!

8.

Jesu bone!
Sic condo me
In vulnerum latebris,
Nece, Crimine

Ter-

Terrente me
Quiesco tutus illis,

9.

Hic hæreo,
Corpusculo
Et mente jam solutis,
Isthic meum
Cernam DEUM
In gaudiis futuris.

10.

Patri DEO
Et filio
Sit laus, Tibique Flâmen,
Fidem Tibi
Do, Christe mi.
Credens beatur. Amen.

LVI.

CUM me premunt patrata
Peccata, Christe mi,
Meminisse mente gratâ
Fac me, datus neci
Luenda cuncta debita
Ligno in crucis sacratæ
Quòd sumseris mea.

E 4

2. Mi-

er-

2.

Miranda res profectò,
Si ritè pondero,
Tulit herus ipse seruo
Tormenta pro suo,
Ipfus neci sanctiffimus
Pro fonte me misello
Se tradidit DEUS.

3.

Quid ergo multitudo
Scelerum nocere quit?
DEO fruor benigno,
Peccata jam luit
Christus sacrato fanguine,
Nunc haud mihi timendum
Est à ferâ styge.

4.

Toto proinde corde
Semper ago maximas
Pro maximo dolore,
O Chrifte, gratias,
Clamore pro mæstissimo,
Proque innocente morte,
Amore pro tuo.

s. Fac,

5.
Fac, usque passionem
Stimulare me tuam,
Procul & fugare mentem
Malam appetentiam,
Fac, semper hæreat animis,
Tu quàm gravi labore
Miserum redemeris.

6.
Crucem, molestiarum
Et omnium genus
Portabis ipse mecum,
Da, quæso, mi Deus,
Mundum malignum spernere,
Exemplar in sequendo,
Quod habeo, te duce.

7.
Præstem, fac, illud, à te
Quod præstitum mihi,
Da proximum juvare
Pro more servuli,
Sine proprioque commodo,
Ut profecutus es me
Amore candido.

8.

Solentur atque tandem
Percussa vulnera.
Instante morte, mentem
Fiduciâ sacrâ,
Quòd sim lytro fretus tuo
Visurus in beato
Post fata te polo.

ahelo.
paschalis 9. LVII. mill. d. 10.

Flat, DEO quod complacet,
Quod ille vult, probandum,
Juvat libenter quemlibet,
Qui se cupit levandum,
Vertit bonus
Malum DEUS,
Solatur & tuetur,
Fidens DEO,
Nitens eo,
Non usque deseretur.

2.

DEUS meum solatium
Est, spes & ipsa vita,
Quod mittit ad nutum suum,
Mens sustinebit æqua,

Non

Non fallit Os,
Capillulos
Is namque novit omnes,
Curat vigil,
Facitque, nil
Querantur ut fideles,

3.

Terrena si relinquere
Cogor, DEO volente,
Paratus hinc discedere
Sum mox, eo jubente,
Do spiritum
Deo meum,
Cùm mortis instat hora,
A te, DEUS,
Est funditus
Mors & Gehenna strata,

4.

Adhuc precabor unicum,
Non hoc, scio, negabis,
Contra malignum Spiritum
Me nempe roborabis,
Juvato me,
DEUS bone,

E 6

Pro-

Propter celebre nomen,
 Verbum tuum
 Servas sacrum,
 Subjungo lætus Amen.

L VIII.

CHriste, fac ut sapiam, quia tu
 Sapientia Patris
 Solus es, & tecum qui sapit, il-
 le sapit.

Heu quantæ tenebræ, quam vana
 scientia mentem

Vexat! quis veri dulce docebit
 iter?

Ad te confugio, qui lux mortali-
 bus ipse es,

Per quem senferunt cuncta crea-
 ta diem.

Da mihi divinum lumen, tene-
 brasque repelle,

Spiritus illustret pectora nostra
 tuus.

Non equidem, fateor, tanto sum
 dignus honore,

Sum

Sum miser, & multo crimine,
Christe, reus.

Sed tamen infuso confido sangui-
ne, cujus

Purgabit sordes guttula parva
meas.

Non mihi quæro lucrum, vanam
non arrogo laudem,

Et laus & lucrum tu mihi solus
eris.

Illustra mentem, cœlestibus igni-
bus imple.

Nemo mihi præter te tua dona
dabit.

Ipsè feram dulces laudum tibi mu-
nera grates,

Nil homo majus enim, quod
tibi reddat, habet.

LIX.

D Jesu meiner Seelen Leben /
Mein höchster Schatz und meines Herzens
Lust /

Dir wil ich mich / mein Gott / ergeben /
Ach dämpfe du in mir den Sünden Wust /
Ach

Ach nimm dich meiner Seelen an/
Und zeige mir die Lebens-Bahn!

2.

Wenn mir die Welt viel Stricke leget/
Wenn Satan mich von dir wil ziehen ab/
Wenn sich in mir was Böses reget/
So sey/ O Gott/ mein Licht un fester Stab!
Ach nimm dich meiner Seelen an/
Und zeige mir die Lebens-Bahn!

3.

O Gott/ du Licht der frommen Herzen/
Für die ist alles alles Sonnen klar.
Du zehlest ab der Frommen Schmerken/
Du hilffest deiner auserwehlten Schaar.
Ach nimm dich meiner Seelen an/
Und zeige mir die Lebens-Bahn!

4.

Ach sende / Herz / aus deinem Throne
Licht/Leben/Kraft/und Gnade deinem Kind.
Hilff Israeli deinem Sohne/
Vergib aus Gnaden alle unsre Sünd.
Ach nimm dich meiner Seelen an/
Und zeige mir die Lebens-Bahn!

LX.

*Hymnus, qui sub fine lectio-
num recitatur.*

D Starcker Gott im höchsten Thron!
Wach

Wach auf/ hilff uns durch deinen Sohn.
Schau/ wie sich hat der Feind gerüst/
Daß er dein liebe Kirch verwüst.

2.

Wir wissen keinen Widerstand/
Hör/ohn dein' Macht und starcke Hand.
Drum mach dich selber auf den Plan/
Du bist der rechte Krieger's Mann.

3

Steh du bey uns/ streit wider ihn/
Damit der Bluthund nicht gewinn.
Vergiß auch der Gefangnen nicht/
Und tröste die/so er hinricht.

4.

Behüt' uns und das ganze Land/
Gib uns ihm ja nicht in die Hand.
Erhalt bey uns dein reines Wort/
So loben wir dich hier und dort.

*Quod paginae nonnullae vacabant,
sequentia adiecta sunt.*

LXI.

*Psalm. LXXIII. a. v. 12:
usq; ad finem.*

QVi fit, quod impium genus,
Aurâ fruens serena,

Bonis

Bonis abundat omnibus,
Scaturiente vena?

Expersne frustra criminis
Vixi? manusq; pectoris
In puritate lavi?

2.

Me turbat angor indies,
Eos novat dolorem;
Si comprobem, quod complices
Nugantur Impiorum,
Non illud, ô DEUS, tuis
In damna cedit Filiis,
Qui sunt, erunt, fuerunt?

3.

Rem mentis acri lumine
Exacta ponderabam:
Sed mysticum, latens, grave,
Hic nullus explicabam:
Donec DEUM sententiam
Ædem rogarem per sacram,
Et exitum notarem.

4.

Hos lubrico ponis loco,
Lapsu gravi premuntur,

Pun-

Punctoque non longissimo
Cum stirpe demetuntur.
Horrore cedunt cum gravi:
Fugacis instar somnii
Sunt, aut euntis umbræ.

5.

Cor intus æstu pungitur,
Renes dolent latenter,
Quod cæca mens non fungitur
Munus suum decenter.
Adhæreo tamen tibi,
Qui semper es præsto mihi,
Dextra levans ruentem.

6.

Me confilii ducis tui
In calle, Jova, puro;
Si te fruor bono, soli
Amœna nulla curo:
Ut corpus & cor tabeat,
Me Petra cordis recreat,
Et Portio salutis.

7.

A te recedent & suum
Qui transferunt amorem!

Dirum

Dirum videbunt exitum.

Mihi dat hoc vigorem,
Quod in medullis te fero,
A te fide quod pendeo,
Pars porticus Sionis.

LXII.

Psalm. CIII.

MENS, visq; tota Mentis,
Cœleste Numen concine!

Tot dona conferentis

In te decus memor tene!

Sanat, levans reatum,

Infirma corporis:

Sinu fovens amatum

Vi subtrahit necis:

Dies tuos recentat,

Ut regis alitum.

Quos vis iniqua tentat

His porrigit manum.

2.

Pandit ratam sacrorum

Nobis viam, scitumq; jus,

Jhova, adfici suorum

Molestiis facillimus:

FREB-

Frendente tardus irâ,
Non sæviens minis:
Benignitate mirâ,
Placabilis reis:
Fidem suam levabit
Genus super pium:
Peccata disspabit,
Ab ortu in Hesperum.

3.

Qualis viget Parentis
Storge probos in liberos;
Talis Dei faventis
Ardor pios in Filios.
Nec vile plasma nescit,
Pulvis, vapor fumus:
Sic herba læta crescit,
Tenerq; flosculus;
Nocensq; ubi aura lædit,
Perit, migrans locum:
Puncto brevi recedit
Vitæ fugax bonum.

4.

Ævum per omne durant
Jhovæ benigni gratiæ

In

In hos, manere curant
Qui constituto foedere,
Fixit thronum nitentis
In arce Regiæ.

Hunc viribus valentis
Agmen Manus cole;
Constanter imperata

Fiunt Patris pii:
Tu mens, reapse nata,
Laudes sona Dei.

LXIII.

Psalm. CXXXIX.

TU, Jhova, me probatum
Nosti, intus in cute,

Mentisq; cogitatum

Tenes reconditæ:

Tu pectoris recessum,

Statum, meumq; sessum

Scis unus optime.

2.

Tu concubas cubanti,

Meq; ipse circuis,

Præsens es ambulanti,

Tu cuncta perspicias:

Tibi

Tibi ante, quam sonabat,
In ore quæ natabat,
Audita vox fatis.

3.

Si quid mihi est agendum
Vel ante, vel retrô,
Manu tuâ fovendum
Me sumis illico:
Hanc omnium scientem,
Mirabilemque mentem
Deprendere haud queo.

4.

Quo delitens abibo
A Spiritu tuo?
Quas ad plagas adibo?
Quousque fugero
Ut nescias latentem?
Tu, cuncta molientem,
Vultu vides tuo.

5.

Adscendero nitentis
Palatium Poli?
Invenero regentis
Hic cuncta vim tui:

In

In inferisne lectum
Mihi parâro? tectum
Tu me tenes tibi.

6.

Aurora purpurantes
Alas det ut mihi,
Ferar maris latrantes
Sinus ad ultimi,
Ducar tuâ prehensus
Manû potente, sensus
Nec hic abest tui.

7.

Si dixero, nigrante
Caligine occular,
Nox ipsa splendet ante
Me, ceu die jubar:
Non me tegent tenebræ,
Faces ubiq; crebræ
Micant, ut eruar.

8.

Lux, ante te, tenebræ,
Nox est dies mera,
Non te latent latebræ,
Non nocte condita:

Retru-

Retrusa sensa nosti,
Alvoq; me parasti,
In matris abditâ.

9.

Tu me Pater creasti
Mirabili modo,
Lucemq; in hanc vocasti,
Grates tibi cano.
Hæc facta tam stupenda,
Ad astra subvehenda,
In mente rumino.

10.

Compago te recentum
Non fugit osium,
Caro specû latentum,
Non massa carniû;
Cum fingerer sub alvo
Matris, foretq; salvo
Augmen vigens datum.

11.

Adhuc rudem serenis
Me videras oculis,
Distinxerasq; crenis
Tempus meum ratis;

Dies-

Diesq̄ destinati
Erant suis notati,
Ab ordio, libris.

12.

Quam multa, quamq̄ amœna
Scientia hæc cluit!
Non æquat hanc arena,
Non mens sagax capit.
Admiror hanc sopore
Solutus, in timore
Dei cor hanc petit.

13.

O perderet potenter
Pravum semel genus!
Fatiscerent licenter
Cæde oblitæ manus:
O corda fastuosa,
Ora & calumniosa
Maneret exitus!

14.

Vel angue pejus odi,
Qui risor est tui:
Pectus dolore rodi
Hoc sentio gravi,

Sic

Sic te quod insequuntur,
Rursumq̄ moliuntur
Iras, neces, mihi.

15.

Hoc, Jhova, lance versans
Cor pondera probè,
Si fortè tergiversans
Te linquo sub cruce:
Si grasser inquinatâ,
Duc me via probatâ,
Semperq̄ me rege.

LXIV.

*Psalm. CXLV. a. v. 13.
usq̄ ad finem.*

*(Hebræi filium futuri seculi pronun-
ciant eum, qui hunc psalmum quo-
tidie ter recitat.)*

TU, mi DEUS, non temporis
Metæ subes fluenti;
Stat Gratiaë semper foris
Aperta pœnitenti,
Hæc ipsa lapsurum tenet,

Sic

F

Hæc

Hæc ipsa prolapsum fovet,
Humoq̄ tollit ægrum.

2.

Intenta cuncta lumina
Te, mi DEUS, morantur,
Et largitate pro tuâ,
Horâ statâ cibantur:
Tu dapfilem pandis manum,
Parabiliq̄ vividum
Tu pascis omne victu.

3.

Quam justus & sanctus DEUS
Viis in universis!
Propinquus invocantibus,
Adversitate mersis:
Non ille cordis serio
Motu precantes, in malo
Pios relinquit ullo.

4.

Quin compotes voti facit
Ipsam piè colentes,
Nec aure surdâ præterit
Questûs Pios, cientes.
Quicumque JHOVAM diligit,

Felici-

Felicitatem percipit;
Pessum Mali premuntur.

5.

Quapropter omni tempore

Te, JHOVA, prædicabo;

Laudes & ore & pectore

Grato tuas sonabo:

Non ulla natio tuum

Nomen tacebit inclytum

In secla seculorum.

LXV.

A Doro TE, devote latens Deitas,

Quæ sub his figuris vere latitas,

Tibi se cor meum totum subjicit,

Quia TE contemplanis totū deficit.

Vifus, gustus, tactus, in te fallitur,

Sed auditui soli tuto creditur.

Credo, quicquid dixit Dei filius,

Nihil veritatis hoc verbo verius,

In cruce latebat sola Deitas,

Sed hic latet simul & humanitas:

Ambo tamen credens atque con-

fitens,

Peto, quod petivit latro pœnitens.

F 2

Plagas

ci-

Plagas, sicut Thomas, non intueor,
 Deum tamen meum te confiteor:
 Fac me semper tibi magis credere,
 In te spem habere, ac diligere.
 O memoriale mortis Domini,
 Panis verus, vitā præstans homini!
 Præsta meæ menti de TE vivere,
 Et TE illi semper dulce sapere.
 Pie Pelicane, Jesu Domine,
 Me immundū munda tuo sanguine,
 Cujus una stilla salvum facere
 Totum mundū posset omni scelere.
 Jesu, quem velatum nunc aspicio,
 Quando fiet illud, quod tam sitio,
 Ut te revelata cernens facie,
 Visu sim beatus tuæ gloriæ!

LXXI.

Veni sancte Spiritus,
 Et emitte cœlitus
 Lucis Tuæ radium!
 Consolator optime,
 Dulcis hospes animæ,
 Dulce refrigerium!

2. Ve-

2.

Veni pater pauperum,
Veni dator munerum,
Veni lumen cordium!
In labore requies,
In æstu temperies,
In fletu solatium!

3.

O lux beatissima,
Reple cordis intima
Tuorum fidelium!
Lava, quod est sordidum,
Riga, quod est aridum,
Sana, quod est saucium!

4.

Sine Tuo numine
Nihil est in homine,
Nihil est innoxium,
Flecte, quod est rigidum,
Fove, quod est frigidum,
Rege, quod est devium!

5.

Da Tuis fidelibus
In Te confidentibus,

F 3

Sa

Sacrum septenarium!
Da virtutis præmium,
Da salutis exitum,
Da perenne gaudium!

Benedicamus Domino! DEO
dicamus gratias!

DA pacem, Domine, in diebus
nostris, quia non est alius, qui
pugnet pro nobis, nisi Tu DEUS
noster.

Sic ora, quasi nil studiis industria
profit,
Et quasi nil studiis addat jova.
stude.

FINIS.

...✠ (O) ✠...



CATA-

CATALOGUS.

I. Catechismus.

Pater noster cum antiphoniis.	p. 1.
Decalogus	3
Symbolum apostol.	7
Oratio Dominica	10
Sacramentum Baptismi	15
Sacramentum Altaris	18

II. Cantil. schol.

Fer. I.

1. Veni maxime Spiritus. ad spiritum s. Joh. Stigeli.	21
2. Vivendi bene constitutiones, Deca- logus. H. Dysii.	21
2. Temporis impatiens. ad Deum eter- num seculi conditorem. M. Lud. Helm- boldi	23
4. A: DEO scirem. de notitia DEi. ejusd.	24
5. Gaudeamus hoc die. adhortatio ad pium de caelo gaudium. ejusd.	24
5. O absolutæ. ad DEum sapientie fontem. H. Dysii.	25
7. Ades pater supreme. precatio Vesperti- na. Prudentii.	27.

F 4

Fer.

Fer. II.

8. Lux discutit. *prec. Matutina. H. Dysii.* 28

9. Hæc mihi nec fallax. *symb. apost. ejusd.* 30

10. Referre nil putatur. *Præceptoribus obediendum. M. L. Helmboldi.* 31

11. Sunt humana cupidini. *contra mundi vanitatem. Matth. Bergii.* 33

12. Ut bona rore. *ad DEUM agriculturæ scholasticæ directorem. ejusd.* 34

13. Ignosce mitis. *ad Christum Redemptorem. M. Georg. Fabricii.* 35

14. Floridae Doctor. *ad Spiritum S. juventutis informatorem.* 35

15. Orbem DEUS recentem. *ad Spiritum S. pro custodia Per noctem. M. Lud. Helmboldi.* 36

Fer. III.

16. Proles parentis. *precatio matutina. Georg. Buchanani.* 38

17. O pater! o noster. *oratio Dominica. H. Dysii.* 39

18. O dira! o dira. *contra malum reatus. M. Matth. Bergii.* 40

19. O Christe mellitissime. *pro salutari obedientia. H. Dysii.* 41

20. Spi.

20. Spiritus summi. ad Spiritum S. para-
cletum. ejusd. 42
21. Unum quod expetivi. *Votum Davidis*
ex Ps. XXVII. ejusd. 43

Fer. IV.

22. Jam lucis orto. *precatio matutina.* 44
23. Jam reditum. *de baptismo, H. Dysii.* 45
24. Curarum nihil. *De universali calami-*
tate, M. L. Helmboldi. 47
25. Aligerum creator. *pro custodia angelo-*
rum, H. Dysii. 47

Fer. V.

26. Somno reffectis. *precatio matutina.* 49
27. O amor! o pietas! *de sacra coena, H.*
Dysii. 50
28. O mira cladis. *de vicissitudine cladis &*
salutis nostrae, ejusd. 52
29. Quid toties animam. *contra tentatio-*
nem diaboli, M. Lud. Helmboldi. 53
30. Tu qui consilii. *Pro pace ecclesiae, H.*
Dysii. 54
31. Rex Christe factor. *Meditatio passionis*
Domini. 56
32. A Domino positae. *de inimicitia Chri-*
sti & serpentis, M. Lud. Helmboldi. 57
33. Chri-

33. *Christe vesperascit. precatio vespertina.*
H. Dysii. 58

Fer. VI.

34. *Aurora jam refulget. precatio matu-*
tina. ejusd. 60

35. *In mundi dubia. ad verba absolutionis.*
M: Henr. Godekenii. 61

36. *Sabbathi colendi. de Sabbatho. M. L.*
Helmboldi: 62

37. *Arbiter & redemptor. pro pio vitæ cur-*
su. H. Dysii. 64

Aliæ.

38. *Serva DEUS. contra hostes verbi divini.*
Joh. Stigeli. 65

39. *O bone seminator. ut semen verbi in*
nobis fructum faciat. H. Dysii. 66

40. *Cum sint acerba. precatio tempore bel-*
li & pestis. ejusd. 67

41. *Pertinax verbi. pro commoda aeris tem-*
pestate tempore messis. ejusd. 69

III. *Cant. ecclesiast.*

41. *Veni redemptor. in adventu Christi.*
Ambrosii. 70

43. *A solis ortus. in nativitate Christi. Se-*
dulii, 72

44. *Cor.*

44. Corde natus. in festo purificationis. Prudentii. 74
45. Hostis Herodes. in epiphania Christi. Sedulii. 75
46. Christe, qui lux. hymnus quadrages. 77
47. Patris sapientia. tempore passionis. 78
48. Vita sanctorum. in festo paschato. 81
49. O lux beata. in festo Trinitatis. 82
50. Quia cuncta creata. de resurrectione. Prudentii. 83

IV. Cant. pœnit.

51. Aufer immensam. 85
52. Beatus, omne cui. Ps. XXXII. Barth. Frencelii. 86
53. Parce mihi tua. Ps. LI. ejusd. 89
54. Ex inferis ad Te. Ps. CXXX. ejusd. 91
55. Deus mea. Joh. Noltenii. P. T. 92
56. Cum me premunt. ejusd. 95

V. Varia.

57. Fiat, DEO quod. DEI jussu acquiescendum. ejusd. 98
58. Christe fac, ut. ad DEum sapientiæ largitorem. 100
59. O Jesu meiner Seelen Leben. 60
60. O starr

60. *D starcker G. Ott. Contra hostes ecclesie.* 102
61. *Qui fit, quod impium. Ps. LXXIII. Valent. Cremcovii.* 103
62. *Mens visque tota. Ps. CIII. ejusd.* 106
63. *Tu Jova me probatum. Ps. CXXXIX. ejusd.* 108
64. *Tu mi DEUS non temporis. Ps. CXLV.* 113
65. *Adoro TE devote. de sacra coena. Thomæ Aquinatis.* 115
66. *Veni sancte. in Festo Pentecostes.* 116

Mendæ sic corriguntor.

p. 56. lin. 20. l. cruci.

p. 64. lin. 18. l. præstem.



Herr Gott dich ist das Ewigkeit und Reich der
allen Ewigkeit

Mit uns herüber dich die Zeit in unsern Ewig
und Munde.

Wann bald ist es geschehen das hieße Munde abge
ein und es ist so. geschehen wann man nicht lobet es. dich ist.

2.
Der Rabe und der Laron haben die Zeit angefangen
David und Nathan sind dabei für immer einander lobet
Muffalysen vom Dan fast in hore oft gesand.

Jung sin gelant für so für die Drogen und die Stadt für


3.
Voll die Quad ist ein dorfson auf in form der Lande
die unser Jung und Meister waren sind nicht erste aller
Landen.

Gib das an unsern Stadt der weissen Haupten
das Geistlich Angewandte hast und die das Kindern
mal angef.

4.
Der zu hore die Liebste Herr Gott Vater Diner
Gegen.

Gib Diner Geistes Kraft und Geistes in Geistes wegen
Dor und vrom vrom hat Geistes und weisse Geistes.

Du sein mit Dir und Diner Geistes Ewigkeit
Gegen Geistes.



23110

ULB Halle

3

007 104 731



VD 77

R





PRAxis
PIETATIS
SCHOLASTICÆ,

complectens

Elementa doctrinæ Christi-
tianæ quinquepartita, hy-
mnosq; cum scholasticos tum eccle-
siasticos latinos, quorum illa sub initium
lectionum recitantur, hi autem inter-
vallis horarum concinuntur,

In usum

Studiosæ juventutis,

Quæ in ludis literariis Brunsvicensi-
bus optimis artibus instituitur,

Post varias editiones,

jussu superiorum

nunc demum conjunctim edita.

Cum privilegio Duc. Brunsv. & Luneb.

BRUNSVIGÆ,

Typis & Impensis Viduæ & Heredum
Zilligeri, Anno 1699.

Liber Scholæ Wernigerod.